

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Ἡ ΤΟΤ

Ἡ Ρ Ο Δ Ο Τ Ο Υ
Ἁ Λ Ι Κ Α Ρ Ν Α Σ Σ Ε Ω Σ

Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α.

Η Ε Ρ Ο Δ Ο Τ Ι
Η Α Λ Ι Κ Α Ρ Ν Α Σ Σ Ε Ν Σ Ι Σ

Η Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α.

EX EDITIONE JACOBI GRONOVII;


T O M I S N O V E M.

CORLATUMQUE NOVEM MUSIS OPUS. HOR.

ADJECTUS EST, EX EADEM EDITIONE, LIBER DE
VITA HOMERI; VULGO SED FALSO, ADSCRIPTUS
HERODOTO.

T O M. VIII.

G L A S G U A E:
IN AEDIBUS ACADEMICIS
EXCUDEBANT ROBERTUS ET ANDREAS FOULIS
ACADEMIAE TYPOGRAPHI
MDCC LXI.



ΤΩΝ ΤΟΥ

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΊΣΤΟΡΙΩΝ

ΟΓΔΟΗ,

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ

ΟΥΡΑΝΙΑ.

HERODOTI

HISTORIARUM

LIBER OCTAVUS,

QUI INSCRIBITUR

URANIA.

TOM. VIII. A

ΤΩΝ ΤΟΥ

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΟΓΔΟΗ,

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ

ΟΥΡΑΝΙΑ.

ΤΑΥΤΑ μὲν δὴ ἔτῳ λέγεται γενέ-
σθαι. οἱ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν
στρατὸν ταχθέντες, ἔσαν οἷδε. Ἀθηναῖοι
μὲν, νέας παρεχόμενοι ἑκατὸν καὶ εἴ-
κοσι καὶ ἑπτὰ· ὑπὸ δὲ ἀρετῆς τε καὶ
προθυμίας Πλαταιέες, ἄπειροι τῆς ναυ-
τικῆς ὄντες, συνεπλήρυν τῷσι Ἀθηναί-
οις τὰς νέας. Κορίνθιοι δὲ τεσσεράκοντα
νέας παρείχοντο· Μεγαρέες δὲ, εἴκοσι.
καὶ Χαλκιδέες ἐπλήρυν εἴκοσι, Ἀθηναίων
παρεχόντων σφι τὰς νέας· Αἰγινῆται
δὲ, ὀκτωκαίδεκα· Σικυώνιοι δὲ, δυοκαί-
δεκα· Λακεδαιμόνιοι δὲ, δέκα· Εὔβοιαι

HERODOTI
HISTORIARUM
LIBER OCTAVUS,
QUI INSCRIBITUR
URANIA.

ATQUE haec quidem ita gesta dicuntur esse. Graeci autem quibus res navalis delegata erat, hi fuere. Athenienses, qui naves centum et septem viginti praebuere; sed quas virtute et promptitudine stimulante, Plataenses rei nauticae inexperti, propugnatoribus instruxerunt. Corinthii, qui attulere naves quadraginta: Megareses, qui viginti. Chalcidenses totidem sibi ab Atheniensibus praebitas armaverunt: Aeginetae, duodeviginti: Sicyonii duodecim, Lacedaemonii, decem: Epidaurii,

octo: Eretrieneses, septem: Trœzenii, quinque: Styreenfes, duas: Cii, totidem, cum totidem navigiis quinquagenûm remorum. Quibus auxiliares erant Locri Opuntii cum septem navibus L remorum.

2. Hae naves ad Artemisium in statione erant: quarum quot quique prae-buerint, a me dictum est. Universalium vero praeter naves L remorum, ad Artemisium coactarum, numerus fuit ducentarum septuaginta unius. His ducem, penes quem summa imperii esset, Spartiatae prae-buerunt Eurybiadem Euryclidae filium. Nam socii negaverunt se, nisi Lacon esset imperator, sequuturos esse Athenienses ductores, sed exercitum qui futurus erat soluturos.

3. Etenim jam inde ab initio, antequam in Siciliam ad societatem incundam mitteretur, agitatum sermone erat,

ριοι δὲ, ὀκτώ· Ερετρίεες δὲ, ἑπτά· Τροί-
ζήνιοι δὲ, πέντε· Στυρέες δὲ, δύο· καὶ
Κῆιοι, δύο τε νέας, καὶ πεντηκοντέρους
δύο. Λοκροὶ δὲ σφι οἱ Ὀπάντιοι ἐπέβοή-
θεον πεντηκοντέρους ἔχοντες ἑπτά.

β'. Εσαν μὲν ὧν ἔστοι οἱ στρατεύόμε-
νοι ἐπ' Ἀρτεμίσιον. εἴρηται δέ μοι καὶ
ὥς τὸ πλῆθος ἕκαστοι τῶν νεῶν παρεί-
χοντο. ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθεισέων
νεῶν ἐπ' Ἀρτεμίσιον, ἦν, πάρεξ τῶν πεν-
τηκοντέρων, διηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα
καὶ μία. τὸν δὲ στρατηγὸν τὸν τὸ μέγι-
στον κάρτος ἔχοντα, παρείχοντο Σπαρ-
τιῆται, Εὐρυβιάδην τὸν Εὐρυκλείδew. οἱ
γὰρ σύμμαχοι ἐκ ἔφασαν, ἦν μὴ ὁ Λά-
κων ἡγεμονεύῃ, Αθηναίοισι ἔσεσθαι ἡγεο-
μένοισι, ἀλλὰ λύσειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι
στράτευμα.

γ'. Εγένετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος,
πρινὴ καὶ ἐς Σικελίην πέμπειν ἐπὶ συμ-
μαχίην, ὥς τὸ ναυτικὸν Αθηναίοισι χρε-

ὧν εἴη ἐπιτρέπειν. ἀντιβάντων δὲ τῶν
 συμμάχων, εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι, μέγα πε-
 ποιημένοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα· καὶ
 γνόντες, εἰ φασιάσθαι περὶ τῆς ἡγεμονίας,
 ὥς ἀπολέειν ἢ Ἑλλάς· ὀρθὰ νοεῦντες.
 φάσις γὰρ ἔμφυλος πόλεμος ὁμοφρονέοντος
 τοσούτῳ κακίον ἐστὶ, ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης.
 ἐπιστάμενοι ὧν αὐτὸ τῆτο, ἐκ ἀντέτει-
 νον, ἀλλ' εἶκον μέχρι ὅσῃ^α κάρτα ἐδέον-
 το αὐτέων, ὥς διέδεξαν· ὥς γὰρ δὴ ὠσά-
 μενοι τὸν Περσέα, περὶ τῆς ἐκείνου ἡδὴ
 τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο, πρόφασιν τὴν Παυ-
 σανίῳ ὕβριν προῖχόμενοι, ἀπειλόντο τὴν
 ἡγεμονίην τῆς Λακεδαιμονίας. ἀλλὰ ταῦ-
 τα μὲν ὕστερον ἐγένετο.

δ. Τότε δὲ ἔτι οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμί-
 σιον Ἑλλήνων ἀπικόμενοι, ὥς εἶδον νέας
 τε πολλὰς καταχθείσας ἐς τὰς Ἀφέ-
 τας, καὶ στρατῆς ἅπαντα πλέα, ἐπεὶ
 αὐτοῖσι παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν
 βαρβάρων ἀπέβαινε ἢ ὥς αὐτοὶ κατεδό-

tanquam expediret rem nauticam Atheniensibus permittere: ceterum recusantibus sociis, cessere Athenienses, quod magni facerent Graeciam superesse; quam intelligebant esse perituram, si de ducatu contenderent; recte sentientes. Nam intestina seditio tanto deterior est bello quod concorditer geritur, quanto bellum pace. Hoc itaque ipsum intelligentes, non repugnaverunt, sed cesserunt usque dum magnopere illis indigebant, quemadmodum ostenderunt. Siquidem posteaquam expulso Persa jam de illius terra certabant, superbiam Pausaniae caussati, Lacedaemonios ducatu abdicaverunt. Verum haec posterius gesta sunt.

4. Tunc autem ii Graeci qui ad Artemisium se contulerant, ubi viderunt et multum navium ad Aphetas esse contractum, et omnia plena militum, perculsi metu, quod praeter opinionem suam ex-

pectationemque res barbarorum succederent, consultabant de facienda fuga ex Artemisio intus in Graeciam. Quorum consultatione cognita, Euboeenses obsecrabant Eurybiadem ut exiguum temporis praestolaretur, usquedum ipsi liberos atque mancipia subducerent. Ubi non persuadent, ad ducem Atheniensium Themistoclem transgressi, paciscuntur cum eo triginta talentis, ut manentes ante Euboeam pugna navali decreturi essent.

5. Themistocles autem hac ratione Graecos retinuit. Eurybiadae ex hac pecunia, quinque talenta impertit, tanquam de suo donans scilicet: hoc persuaso, Adimantum Ocyri filium Corinthium ducem, qui solus reluctabatur negans se permanfurum, sed ab Artemisio profecturum, ita alloquutus est jurejurando interposito; ‘ Tu vero nos non deseres, quem

κεον, καταρρώδΗΣαντες, δρησμον ἐβλεύ-
οντο ἀπὸ τῆς Αρτεμισίς ἔσω ἐς τὴν Ἑλ-
λάδα. γνόντες δὲ σφεας οἱ Εὐβοέες ταῦ-
τα βεβλευομένους, ἐδέοντο Εὐρυβιάδew προσ-
μεῖναι χρόνον ὀλίγον· ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκ-
να τε καὶ τὰς οἰκέτας ὑπεκθέωνται. ὡς
δ' ἔκ' ἐπειθον, μεταβάντες, τὸν Αθηναίων
στρατηγὸν πείθουσι Θεμισοκλέα ἐπὶ μι-
δῶ τριήκοντα ταλάντοισι, ἐπ' ᾧ τε κα-
ταμείναντες πρὸ τῆς Εὐβοίης ποιήσονται
τὴν ναυμαχίην.

ε'. Ὁ δὲ Θεμισοκλῆς τὰς Ἑλληνας
ἐπιχεῖν ὧδε ποιεῖ· Εὐρυβιάδῃ τεττέων
τῶν χρημάτων μεταδιδῶι πέντε τάλαν-
τα, ὡς παρ' ἐωυτῷ δῆθεν διδύς. ὡς δὲ οἱ
ἔτος ἀνεπέπεισο, Αδείμαντος γὰρ ὁ Ω-
κύτης, Κορίνθιος στρατηγός, τῶν λοιπῶν
ἥσπαιρε μῆνος, Φάμενος ἀποπλεύσειταί
τε ἀπὸ τῆς Αρτεμισίς, καὶ ἔ παραμενέ-
ει· πρὸς δὲ τῷτον εἶπε ὁ Θεμισοκλῆς
ἐπομόσας, ' Οὐ σύ γε ἡμέας ἀπολεί-

‘Ψεις. ἐπεὶ τοι ἐγὼ μέζω δῶρα δώσω,
 ‘ἢ βασιλεὺς ἂν τοι ὁ Μῆδων πέμψειε
 ‘ἀπολιπόντι τοὺς συμμάχους.’ ταῦτά
 τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ πέμπει ἐπὶ τὴν
 νέα τὴν Αἰειμάντη^b, τάλαντα ἀργυρίων
 τρία. ἔτοί τε δὴ πληγέντες δώροισι, ἀνα-
 πεπεισμένοι ἔσαν, καὶ τοῖσι Εὐβοέεσι ἐκε-
 χάριστο· αὐτὸς τε ὁ Θεμισοκλῆης ἐκέρ-
 ῃθη, ἐλάνθανε δὲ τὰ λοιπὰ ἔχων· ἀλλ’
 ἠπιστάτο οἱ μεταλαβόντες τέτλων τῶν
 χρημάτων, ἐκ τῶν Αθηναίων ἐλθεῖν ἐπὶ
 τῷ λόγῳ τέτλω τὰ χρήματα.

ζ’. Οὕτω δὴ κατέμεινάν τε ἐν τῇ
 Εὐβοίῃ, καὶ ἐναυμάχησαν. ἐγένετο δὲ ὧδε·
 ἐπεὶ τε δὴ ἐς τὰς Αφέτας περὶ δείλην
 πρώτην γενομένην ἀπύκατο^c οἱ βάρβαροι,
 πυθόμενοι μὲν ἔτι καὶ πρότερον περὶ τὸ
 Ἀρτεμίσιον ναυλοχέειν νέας Ἑλληνίδας
 ὀλίγας, τότε δὲ αὐτοὶ ἰδόντες, πρόθυμοι
 ἔσαν ἐπιχειρέειν εἴ πως ἔλοιεν αὐτάς. ἐκ
 μὲν δὴ τῆς ἀντίης προσπλώειν^d ἔκω σφι

^b νέα τῷ Αἰειμάντι. ^c ἀπύκατο. ^d MS. et hoc loco se
 ubique in hac parte retinet προσπλέων.

‘ ego majoribus donabo muneribus, quam
‘ quae rex Medorum tibi mitteret socios
‘ deferenti.’ Haec loquutus, statim ad
navem Adimanti tria misit argenti talen-
ta. Istis donis isti obtemperabant, et Eu-
bocensibus gratificatus est. Sed et ipse
Themistocles lucratus est et clam reliqua
tenuit: sed qui partem illius acceperant,
putabant eam ab Atheniensibus ad hoc
ipsum profectam esse.

6. Ita in Euboea perfitere, ac proe-
lium mari fecere, quod ita gestum est.
Barbari ad Aphetas circa diluculum pro-
gressi, quum etiam ante audivissent pau-
cas Graecas naves ad Artemisium statio-
nem habere, tunc autem ipsi cernentes
cupidine tenebantur aggrediendi, si forte
 eas interciperent. Ceterum ex adverso in-

vadendum ideo non videbatur, ne Graeci, conspectis ipsis obviam tendentibus, fugam capefferent, noxque fugientes exciperet, atque ita eventurum esset ut hi scilicet effugerent; at illorum, prout jactabant Persae, ne ignifer quidem evadere debebat.

7. Igitur ad eam rem hoc sunt machinati: Ducentas ex omnibus navibus delectas extra Sciathum circummittunt, ne circumvehentes Euboeam ab hoste cernerentur prope Capharea et circa Geræstum ad Euripum, ut sic circumdarent, illi quidem huc tendentes, et viam quae retro ferebat obsepientes; ipsi vero ex adverso ingruentes. Hoc capto consilio quas constituerant naves miserunt, non habentes in animo ipsi eo die Graecos adoriri, nec priusquam signum ab illis qui circumvehebantur, ederetur jam de

ἔδοκεε, τῶνδε εἵνεκα· μή πως ἰδόντες οἱ Ἕλληνες προσπλώοντας, ἐς Φυγὴν ὁρμήσειαν, φεύγοντάς τε εὐφρόνη καταλαμβάνῃς, καὶ ἔμελλον δῆθεν ἐκφεύζεσθαι. ἔδει δὲ μηδὲ πυρφόρον, τῷ ἐκείνων λόγῳ, ἐκφυγόντα περιγενέσθαι.

Ζ. Πρὸς ταῦτα ὧν τάδε ἐμηχανέοντο· τῶν νεῶν ἀπάσέων ἀποκρίναντες διηκοσίας, περιέπεμπον ἕξωθεν Σκιάθῃ, ὡς ἂν μὴ ὀφθείησαν^ε ὑπὸ τῶν πολεμίων περιπλέεσθαι Εὐβοίαν, κατὰ τε Καφηρέα, καὶ περὶ Γεραιζόν, ἐς τὸν Εὐρίπον, ἵνα δὴ περιλάβοιεν. οἱ μὲν, ταύτῃ ἀπικόμενοι, καὶ φράζαντες αὐτέων τὴν ὀπίσω φέρουσαν ὁδόν, σφεῖς δὲ ἐπισπόμενοι ἕξ ἐναντίας. Ταῦτα βουλευσάμενοι, ἀπέπεμπον τῶν νεῶν τὰς ταχθείσας· αὐτοὶ ἕκ ἐν νόῳ ἔχοντες ταύτης τῆς ἡμέρης τοῖσι Ἕλλησι ἐπιθήσεσθαι, ἔδὲ πρότερον ἢ τὸ σύνθημά σφι ἔμελλε φανήσεσθαι παρὰ τῶν περιπλέοντων, ὡς ἡκόντων. ταύτας μὲν δὲ

^ε καταλάβοι. ^ε ὀφθαίσι.

περιέπεμπον. τῶν δὲ λοιπέων νεῶν ἐν τῇσι Αφέτῃσι ἐποιεῦντο τὸν ἀριθμὸν.

ή. Εὐ δὲ τότε τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ἔτοιμαριθμὸν ἐποιεῦντο τῶν νεῶν, ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τότε Σκυλλίης Σκιωναῖος, δούτης τῶν τότε ἀνθρώπων ἀριστος· ὃς καὶ ἐν τῇ ναυηγίῃ τῇ κατὰ τὸ Πήλιον γενομένη, πολλὰ μὲν ἔσωσε τῶν χρημάτων τοῖσι Πέρσησι, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς περιβάλλει· ἔτος ὁ Σκυλλίης ἐν νοῶ μὲν εἶχε ἄρα καὶ πρότερον αὐτομολήσῃν ἐς τὰς Ἑλληνας, ἀλλ' ἔτι γὰρ οἱ παρέχε, ὡς τότε· ὅτε μὲν δὴ τρόπῳ τὰ ἐνθεῦτεν ἔτι ἀπίκετο ἐς τοὺς Ἑλληνας, οὐκ ἔχω εἶπαι ἀτρεκέως· θωυμάζω δὲ εἰ τὰ λεγόμενά ἐσι ἀληθέα. λέγεται γὰρ ὡς ἐξ Αφετέων δὺς ἐς τὴν θάλασσαν, ἔτι πρότερον ἀνέχε πρὶν ἢ ἀπίκετο ἐπὶ τὸ Αρτεμίσιον, σταδίους μάλιστα καὶ τέτταρας ἐς ὀγδώκοντα διατῆς θαλάσσης διεξελθὼν. λέγεται μὲν νυν καὶ ἄλλα ψευδέσι εἴκελα περὶ τοῦ ἀνδρός

fuo adventu. His circummissis navibus, reliquarum apud Aphetas numerum inibant.

8. In quibus recensendis dum occupati sunt, Scyllias quidam Scionaeus qui iisdem in castris erat, omnium ejus tempestatis hominum optimus urinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto multam pecuniam Persis servavit, multa et sibi lucratus est. Hic Scyllias jampridem in animo habuerat ad Graecos transire, sed quum ad eam diem non fuisset nactus occasionem, tunc ad Graecos transfugit. Sed incertum quonam modo illic transierit. demiror tamen si vera sunt quae referuntur. Fama est enim, quum ex Aphetis mare subiisset, non prius emeruisse quam ad Artemisium pervenit, octoginta ferme illa stadia per mare emensus. De hoc viro et alia memorantur, partim mendaciis similia, partim ve-

ra: de quo mihi ea probatur opinio, eum navigio ad Artemisium pervenisse. Is ubi eo pervenit, duces certiores fecit et naufragii facti et navium ad circumeundam Euboeam dimissarum.

9. Hoc Graeci audito inter se colloquuti sunt: et quum multae essent sententiae, illa evicit, ut eum diem illic maneretur et in statione perstaretur; dehinc media nocte praeterita proficiscerentur, et classi hostium quae circumageretur occurrerent. Post, ubi nemo se ex adverso fert, observato diei crepusculo ipsi feruntur in barbaros, animo experiundae fortunae cum in pugnando, tum in perumpendo.

10. Quos Xerxiani milites ducesque paucis cum navibus venientes in se conspicati, magnae hoc illis dementiae dan-

τῆς· τὰ δὲ μετεξέτερα, ἀληθέα. περὶ μέντοι τῆς γνώμῃ μοι ἀποδεδέχθω, πλοίω μιν ἀπικέσθαι ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. ὥς δὲ ἀπικέλο, αὐτίκα ἐσήμηνε τοῖσι στρατηγοῖσι τὴν τε ναυηγίην, ὥς γένοιτο, καὶ τὰς περιπεμφθείσας τῶν νεῶν περὶ Εὐβοίαν.

θ'. Τῷτο δὲ ἀκέσαντες οἱ Ἕλληνες, λόγον σφι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν· πολλῶν δὲ λεχθέντων, ἐνίκα, τὴν ἡμέρην ἐκείνην αὐτῷ μέιναντάς τε καὶ αὐλιωθέντας, μετέπειτα νύκτια μέσσην παρέντας, πορεύεσθαι, καὶ ἀπαντᾶν τῇσι περιπλεύσεισι τῶν νηῶν. μετὰ δὲ τῷτο, ὥς ὕδεις σφι ἐπέπλωε, δείλην ὀψίνην γινομένην τῆς ἡμέρης φυλάξαντες, αὐτοὶ ἐπανεπλῶον ἐπὶ τὰς βαρβάρους, ἀπόπειραν αὐτέων ποιήσασθαι βεβλόμενοι τῆς τε μάχης καὶ τῷ διεκπλόῳ.

ι'. Ὀρέοντες δὲ σφεας οἱ τε ἄλλοι στρατιῶται οἱ Ξέρξεω καὶ οἱ στρατηγοὶ ἐπιπλώοντας νηυσὶ ὀλίγησι, πᾶγχυ σφι μανίην

ἐπενείκαντες, ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας, ἐλπίσαντές σφεας εὐπετέως αἰρήσειν· εἰκότα κάρτα ἐλπίσαντες. τὰς μὲν γε τῶν Ἑλλήνων ὀρέοντες ὀλίγας νέας, τὰς δὲ ἐωϋτῶν, πλήθει^α τε πολλαπλησίας^α, καὶ ἄμεινον πλωεύσας, καταφρονήσαντες ταῦτα, ἐκυκλῆντο αὐτὰς ἐς μέσον. ὅσοι μὲν νυν τῶν Ἰώνων ἔσαν εὖνοοι τοῖσι Ἑλλησι, ἀέκοντές τε ἐσρατεύοντο, συμφορὴν τε ἐποιεῦντο μεγάλην, ὀρέοντες περιεχομένης αὐτῆς, καὶ ἐπισάμενοι ὡς ὕδεις αὐτέων ἀπονοσήσει· ἔτω ἀσθενέα σφι ἐφαίνετο εἶναι τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα. ὅσοισι δὲ καὶ ἡδομένοισι ἦν τὸ γινόμενον, ἄμιλλαν ἐποιεῦντο ὅπως αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος^β νέα Ἀττικὴν ἐλὼν, δῶρα παρὰ βασιλῆος λάμψῃται. Αθηναίων γὰρ αὐτοῖσι λόγος ἦν πλεῖστος ἀνὰ τὰ στρατόπεδα.

ια'. Τοῖσι δὲ Ἑλλησι ὡς ἐσήμηνε, πρῶτα μὲν, ἀντίπρωροι τοῖσι βαρβάροις γι-

^α πολλαπλησίαις. ^β ὅπως ἕκαστος αὐτίαν πρῶτος.

tes, et ipsi naves educunt, sperantes facile se illos ire interceptum. merito sane id sperantes, quod viderent paucas Graecorum naves, suas vero multo plures atque velociores. itaque prae contemptu illos in medio concludunt. Ex Ionibus tamen illi qui Graecis bene volebant, inviti militabant, magnae calamitatis locoducentes quod viderent circumveniri illos, quorum neminem animadverterent esse rediturum: adeo infirmæ res Graecorum esse illis videbantur. At ii Iones quibus id quod fiebat voluptati erat, pro se quisque adnitebatur, ut ipse primus aliqua navi Atheniensium capta, dona ab rege acciperet. Nam apud exercitum plurimus erat per hos de Atheniensibus sermo atque respectus.

11. Graeci, ubi eis signum datum est, primum conversis in barbaros proris,

puppes in medium coëgerunt; deinde secundo signo dato, opus capeffunt, quamquam in exiguo spatio deprehensi, et a fronte: mox triginta barbarorum naves excipiunt, in quibus et Philaonem Chersifilium, Gorgis Salaminiorum regis germanum, et in eo exercitu virum eximium. Graecorum autem primus navem hostium cepit vir Atheniensis Lycomedes Aeschreae filius; idemque palmam rei bene gestae retulit. In hac pugna quum invicem nunc hi, nunc illi superiores essent, interventu noctis dirempti sunt: et Graeci quidem ad Artemisium avecti, barbari vero ad Aphetas, multo majus opinione sua certamen experti. In hoc proelio, solus e Graecis qui cum rege erant, Antidorus Lemnius ad Graecos transfugit; quem Athenienses ob eam rem loco in Salamine donarunt.

I 2. Ubi nox adfuit (erat autem anni

νόμενοι, ἐς τὸ μέσον τὰς πρύμνας συνήγαγον· δεύτερα δὲ σημήναντος, ἔργα εἶχοντο ἐν ὀλίγῳ περ ἀπολαμφθέντες, καὶ κατὰ σῶμα. ἐνθαῦτα τριήκοντα νέας αἰρέεσι τῶν βαρβάρων, καὶ τὸν Γόργυ τῆ Σαλαμινίων βασιλῆος ἀδελφεὸν Φιλάονα τὸν Χέρσιος, λόγιμον ἑόντα ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἄνδρα. πρῶτος δὲ Ἑλλήνων νέα τῶν πολεμίων εἶλε ἀνὴρ Αθηναῖος Λυκομήδης Αἰχρῆς^c, καὶ τὸ ἀρισηΐον ἔλαβε ἔστος. τὸς δ' ἐν τῇ ναυμαχίᾳ ταύτῃ ἑτεραλκέως ἀγωνιζομένους νύξ ἐπελθῶσα διέλυσε. οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἀπέπλεον, οἱ δὲ βάρβαροι ἐς τὰς Αφέτας, πολλὸν παρὰ δόξαν ἀγωνισάμενοι. ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίᾳ Ἀντίδωρος Δήμιος, μῦνος τῶν σὺν βασιλεῖ Ἑλλήνων ἑόντων, αὐτομολεῖ ἐς τὸς Ἕλληνας, καὶ οἱ Αθηναῖοι διὰ τῆς τοῦ ἔργου, ἔδοσαν αὐτῷ χῶρον ἐν Σαλαμῖνι.

ιβ'. Ὡς δὲ εὐφρόνη ἐγεγόνεε^d, ἦν μὲν

^c MS. Αἰσχροῖς. ^d Ὡς εὐφρόνη δ' ἐγιγόνει.

τῆς ὥρης μέσον θέρος, ἐγίνετο δὲ ὕδωρ τε
 ἄπλετον διὰ πάσης τῆς νυκλὸς, καὶ βρον-
 ταὶ σκληραὶ ἀπὸ τῆς Πηλίδος· οἱ δὲ νεκροὶ
 καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφέροντο ἐς τὰς Αφέτας·
 καὶ περὶ τε τὰς πρῶρας τῶν νεῶν εἰλέ-
 οντο, καὶ ἐτάρασσον τὰς ταρσῆς τῶν κω-
 πέων. οἱ δὲ στρατιῶται οἱ ταύτῃ ἀκόν-
 τες ταῦτα, ἐς φόβον κατιστέατο, ἐλπί-
 ζοντες πάγχυ ἀπολέεσθαι, ἐς οἷα κακὰ
 ἦκον. πρὶν γὰρ ἢ καὶ ἀναπνεῦσαί σφεας ἔκ-
 τε τῆς ναυηγίης καὶ τῆς χειμῶνος τῆς γε-
 νομένης κατὰ Πήλιον, ὑπέλαβε ναυμαχίῃ
 καρτερή· ἐκ δὲ τῆς ναυμαχίης, ὄμβρος τε
 λάβρος, καὶ ρεύματα ἰσχυρὰ ἐς θάλασσαν^ε
 ὥρμημένα, βρονταὶ τε σκληραί. καὶ τέ-
 τοισι μὲν τοιαύτη νύξ ἐγένετο.

ιγ'. Τοῖσι δὲ ταχθεῖσι αὐτέων περι-
 πλῶειν Εὐβοίαν, ἢ αὐτὴ περ ἐῖσα νύξ,
 πολλὸν ἦν ἔτι ἀγριωτέρη, τοσούτω ὅσῳ
 ἐν πελάγεϊ φερομένοισι ἐπέπιπτε. καὶ τὸ
 τέλος σφι ἐγένετο ἄχαρι. ὥς γὰρ δὴ πλέ-

^ε ἰσχυρὰ κατὰ θάλασσαν.

tempus mediae aestatis) immensa vis aquarum extitit per totam noctem, et dura tonitrua a Pelio. Cadavera quoque ac naufragia ad Aphetas efferebantur, et circa navium proras volvebantur, et remorum palmulas perturbabant. Haec audientes qui illic erant milites, metu consternabantur, credentes se esse utique perituros, ut qui in tantum malorum devenissent: quippe quos, antequam respirassent e naufragio et tempestate quae ad Pelion extiterat, excepisset atrox pugna navalis, ex pugna navali vehemens imber et validi in mare fluxus turbantes, ac dura tonitrua. Et istis quidem huiusmodi nox contigit.

13. At iis quibus negotium datum erat, ut Euboeam circumirent, eadem sane illa nox, etiam multo atrocior erat: tanto quidem, quanto majus est quod eos dum in pelago ferrentur invasit: adeo ut

tristis exitus fuerit. Ut enim eos cursum tenentes tempestas ac pluvia adorta est, quum essent ad cava Euboeae, ac flatu ferrentur, ignari quo ferrentur, ad petras impingebantur. Et omne a deo fiebat, quo Graecae classi par redderetur id navium Persicarum quod supererat, nec multo plus foret. Atque hi quidem circa Euboeae cava periere.

14. Barbari vero qui apud Aphetas erant, ubi ipsis libentibus dies illuxit, naves tenebant tranquillas, satis habentes, quum male agerent, quietem captare in praefens. At Graecis auxilio tres et quinquaginta naves Atticae supervenere: quae suo adventu illos corroboraverunt et simul nuncium allatum, eos barbaros qui Euboeam circumvehebantur, tempestate illa quae extiterat cunctos interiisse. Itaque Graeci eadem observata hora profecti, naves Cilissas invasere. Quas ubi corru-

ἔσι αὐτοῖσι χειμῶν τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπε-
γίνετο, ἔσσι κατὰ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοί-
ης, φερόμενοι τῷ πνεύματι, καὶ ἔκ εἰδό-
τες τῇ ἐφέροντο, ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέ-
τρας. ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τῆς θεᾶς^ε, ὅπως
ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικόν,
μηδὲ πολλῷ πλέον εἴη. ἔτοι μὲν νυν περὶ
τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίης διεφθείροντο.

ιδ'. Οἱ δ' ἐν Αφέτῃσι βάρβαροι, ὥς σφι
ἀσμένοισι ἡμέρη ἐπέλαμψε, ἀτρέμα τε^β
εἶχον τὰς νέας· καὶ σφι ἀπεχρέετο κα-
κῶς πρήσσει ἡσυχίην ἄγειν ἐν τῷ πα-
ρέοντι. τοῖσι δὲ Ἑλλησι ἐπεβοήθεον νέες
τρῆις καὶ πεντήκοντα Αττικάι. αὐταί
τε δὴ σφεας ἐπέρρῳσαν ἀπικόμεναι, καὶ
ἅμα ἀγγελίῃ ἐλθῶσα, ὥς τῶν βαρβάρων
οἱ περιπλέοντες τὴν Εὐβοίαν πάντες εἴη-
σαν διεφθαρμένοι ὑπὸ τῆς γενομένης χει-
μῶνος. φυλάξαντες δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην,
πλώοντες ἐπέπεσον νηυσὶ Κιλίῳσι. ταύ-
τας δὲ διαφθείραντες, ὥς εὐφρόνη ἐγένε-

^ε ὑπὸ θεῶ. ^β ἀτρίμας τε.

το, ἀπέπλων ὀπίσω ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον.

ιέ'. Τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ δεινὸν τι ποιησάμενοι οἱ στρατηγοὶ τῶν βαρβάρων, νέας ἔτω σφι ὀλίγας λυμαίνεσθαι, καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρξεω δειμαίνοντες, ἔκ ἀνέμειναν ἔτι τὸς Ἕλληνας μάχης ἄρξαι, ἀλλὰ παρακελευσάμενοι, κατὰ μέσον ἡμέρης ἀνῆγον τὰς νέας. συνέπιπτε δὲ ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας καὶ τὰς πεζομαχίας τὰς ἐν Θερμοπύλῃσι. ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν τοῖσι κατὰ θάλασσαν περὶ τῇ Εὐρίπῃ, ὥσπερ τοῖσι ἀμφὶ Λεωνίδα, τὴν ἐσβολὴν φυλάσσειν. οἱ μὲν δὴ παρεκελεύοντο, ὅπως μὴ παρήσωσι ἐς τὴν Ἑλλάδα τὸς βαρβάρους, οἱ δ' ὅπως τὸ Ἑλληνικὸν σθένος διαφθείραντες, τῇ πόρῃ κινήσωσι.

ις'. Ὡς δὲ ταξάμενοι οἱ Ξέρξεω ἐπέπλων, οἱ Ἕλληνες ἀτρέμας εἶχον πρὸς

pere, et nox advenit, iterum se ad Artemisium receperunt.

15. Tertio die barbarorum duces, tum indigne ferentes naves tam paucas ipsis insultare, tum a Xerxe supplicium timentes, non expectarunt amplius, ut Graeci priores pugnam capefferent, sed cohortati sese naves circa meridiem eduxerunt. Contigit autem ut per eosdem dies et haec navalia proelia et illa in Thermopylis terrestria gererentur. Erat autem omne certamen his in mari de Euripo, quemadmodum illis qui cum Leonide erant de transitu custodiendo. et Graeci quidem sese adhortabantur, ne barbaros intrare Graeciam sinerent; barbari vero, ut Graecorum copiis profligatis, transitu potirentur.

16. Procedente autem Xerxianorum classe in aciem ordinata, dum Graeci se

apud Artemisium immotos tenerent, tunc eos barbari, ut comprehenderent, lunata classe circumdabant. Ibi Graeci ex adverso prodeuntes confligere. Qua in pugna pari Marte pugnatum est. nam Xerxiana classis prae magnitudine et copia sua in se incidebat, perturbatis navibus et mutuo incurfantibus: resistebat tamen neque ccedebat. Indigna enim res videbatur, a paucis navibus in fugam converti. Itaque multae Graecorum naves interibant, multi etiam viri, sed multo plures barbarorum et naves et viri: atque ita dimicantes utrique ab alteris abscessere.

17. Hoc in proelio Xerxianos inter milites optimam Aegyptii navaverunt operam, cum aliis magnis editis operibus, tum hoc, quod quinque Graecas naves cum viris omnibus cepere. E Graecis

τῷ Ἀρτεμισίῳ. οἱ δὲ βάρβαροι μνηοειδὲς
 πώσαντες τῶν νεῶν, ἐκυκλεύοντο ὡς πε-
 μάβοιεν αὐτὰς. ἐνθεῦτεν οἱ Ἕλληνες ἐ-
 πανέπλεόν τε καὶ συνέμισγον. ἐν ταύτῃ
 τῇ ναυμαχίῃ παραπλήσιοι ἀλλήλοισι
 ἐγένοντο. ὁ γὰρ Ξέρξεω στρατὸς ὑπὸ με-
 γαθέος τε καὶ πλήθεος, αὐτὸς ὑπ' ἐωῦτ' ἑ-
 πίπτε, ταρασσομενέων τε τῶν νεῶν καὶ
 περιπιπτυσέων περὶ ἀλλήλας· ὅμως μέν-
 ται ἀντεῖχε, καὶ ἔκ εἰκε· δεινὸν γὰρ χρῆ-
 μα ἐποιέοντο, ὑπὸ νεῶν ὀλίγων εἰς φυγὴν
 τραπέσθαι. πολλαὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλλή-
 νων νέες διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ ἄνδρες,
 πολλῶ δ' ἔτι πλεῦνες νέες τε τῶν βαρ-
 βάρων καὶ ἄνδρες. ἔτω δὲ ἀγωνιζόμενοι, διέ-
 σησαν χωρὶς ἑκάτεροι.

ιζ. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Αἰγύπ-
 τιοι μὲν τῶν Ξέρξεω στρατιωτέων ἠρίσεν-
 σαν· οἱ ἄλλὰ τε μεγάλα ἔργα ἀπεδέ-
 ξαντο, καὶ νέας αὐτοῖσι ἀνδράσι εἶλον Ἑλ-
 ληνίδας πέντε. τῶν δὲ Ἑλλήνων κατὰ

ταύτην τὴν ἡμέρην ἤριψουσιν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδης· ὃς δαπάνην οἰκηίην παρεχόμενος, ἐστρατεύετο ἀνδράσι τε διηκοσίοισι καὶ οἰκηίῃ νηϊ.

ιη'. Ὡς δὲ διέστησαν ἄσμενοι ἑκάτεροι, εἰς ὄρμον ἠπείγοντο. οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς διακριθέντες ἐκ τῆς ναυμαχίης ἀπηλλάχθησαν, τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν ναυηγίων ἐπεκράτεον, τρηχέως δὲ περιεφθέντες, καὶ ἔκ ἡκιστα Ἀθηναῖοι, τῶν αἰ ἡμίσεαι τῶν νεῶν τετρωμέναι ἔσαν, δρησμόν δὴ ἐβόλευον^α ἔσω εἰς τὴν Ἑλλάδα.

ιβ'. Νόῳ δὲ λαβὼν ὁ Θεμισοκλῆς ὡς εἰ ἀπορῥαγείῃ ἀπὸ τῆ βαρβάρου^β τό, τε Ἰωνικὸν καὶ τὸ Καρικὸν φύλον, οἳοί τε εἴησαν τῶν λοιπῶν κατύπερθε γενέσθαι· ἐλαυνόντων τῶν Εὐβοέων πρόβατα ἐπὶ τὴν θάλασσαν ταύτην, συλλέξας τοὺς στρατηγὸς, ἔλεγέ σφι ὡς δοκέοι ἔχειν τινα παλάμην, τῇ ἐλπίζοι^γ τῶν βασιλῆος συμμάχων ἀποσήσιν τῶς ἀρίστους. ταῦ-

^α ἰσχυρόν τε. ^β βαρβαρικῇ. ^γ ἐλπίζω.

autem eo die praestantissimi extitete Athenienses, et inter Athenienses, Clinias Alcibiadis filius; qui domestico sumptu ac propria navi cum ducentis viris militabat.

18. Ubi utrique libenter in diversum abiere, ad stationem festinabant. Graeci autem dirempto proelio reiecti, etsi caecorum corporibus ac naufragiis potiebantur, tamen quod aspere vexati essent, praecipueque Athenienses, quorum dimidium navium vulneratum erat, de fugiendo interius in Graeciam deliberabant.

19. Themistocles, reputans, si ab viribus barbari abduceret Ioncs et Cares, fieri posse ut reliquos superarent, dum Euboeenses pecora ad mare istud propellunt, duces contraxit, eisque dixit se viam quandam habere, qua speraret optimos sociorum ab rege abductum iri.

Haftenus rem enudavit, addiditque in rebus praefentibus hoc ab illis agendum effe, ut Euboicorum pecorum quantum vellet quifque maftaret; fatius enim effe fuos milites potiri quam hoftem. Ac monuit ut fuis quique popularibus praeciperent ignem accendere; fibi autem de difceffu tempus curae fore, ut fine noxa abirent in Graeciam. Hoc illis probatum quum effet, accenfis ignibus ad pecora eft itum.

20. Nam Euboeenfes, contempto Bacidis oraculo, tanquam nihil dicente, neque exportaverant quicquam, neque importaverant, velut impendente eis bello, et res fibi quoque ipsis ambiguas effecerant. ita enim habebat de his oraculum Bacidis,

Dum juga barbaricus canabacea jactat in aequor,
Euboea caprae mugientes fac procul abfint.

τα μὲν νυν ἐς τοσῶτο παρεγύμνε. ἐπὶ δὲ
τοῖσι κατήκσει πρήγμασι τάδε ποιητέα
ἵναί σφι ἔλεγε· τῶν τε προβάτων τῶν
Εὐβοεικῶν ὅσα τις ἐθέλοι καθαύειν· κρέσ-
σον γὰρ εἶναι τὴν στρατιὴν ἔχειν ἢ τὰς
πολεμίους. παραίνεε τε προειπεῖν τοῖσι
ἑωυτῶν ἐκάστος πῦρ ἀνακαίειν^δ, κομιδῆς
δὲ πέρι τὴν ὥρην αὐτῷ μελήσειν· ὥστε
ἀσινέας ἀπικέσθαι ἐς τὴν Ἑλλάδα. ταῦ-
τα ἤρεσέ σφι ποιεῖν· καὶ αὐτίκα πῦρ
ἀνακαυσάμενοι, ἐτρέποντο^ε πρὸς τὰ πρό-
βατα.

κ'. Οἱ γὰρ Εὐβοέες παραχρησάμενοι
τὸν Βάκιδος χρησμόν ὡς ἔδεν λέγοντα,
ὅτ' ἐξεκομίσαντο ἔδεν ἔτε προεσάζαντο,
ὡς παρεσομένε σφι πολέμῳ, περιπετέα
τε ἐποίησαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγμα-
τα. Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ τυχτέων ὁ
χρησμός,

Φράζεο, βαρβαρόφωνον ὅταν ζυγὸν εἰς ἄλα βάλλῃ
Βύβλιον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμνηκάδας αἴγας.

^δ πυρὴν ἀνακαίων. ^ε ἀπικίσθαι ἐπὶ τὴν. ^ς ἐτρέποντο.

τῆτοισι δὲ ἔδὲν τοῖσι ἔπεσι χρησαμένοις
 ἐν τοῖσι τότε παρεῖσι τε καὶ προσδοκίμοις
 κακοῖσι, παρῆν σφι συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς
 τὰ μέγιστα.

κα'. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔπρῃον, πα-
 ρῆν δὲ ὁ ἐκ Τρηχῖνος κατάσκοπος. ἦν
 μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ καλῆσκοπος Πο-
 λύας, γένος Αντικυρεὺς, τῷ προσετέ-
 τακτο· καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἐτῶ-
 μον, εἰ παλήσειε ὁ ναυτικός στρατός,
 σημαίνειν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἔεσι.
 ὡς δ' αὐτως ἦν Ἀβρώνυχος ὁ Λυσικλέ-
 ος Ἀθηναῖος καὶ παρὰ Λεωνίδῃ ἐτόῃμος
 τοῖσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἔεσι ἀγγέλλειν τρη-
 ηκοντέρῳ ἦν τι καταλαμβάνη νεώτερον
 τὸν πεζόν. ἔτος ὧν ὁ Ἀβρώνυχος ἀπι-
 κόμενος ἐσήμαινέ σφι τὰ γεγονότα περὶ
 Λεωνίδεα καὶ τὸν στρατὸν αὐτῶ. οἱ δὲ,
 ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, ἔκέτι ἐς ἀναβολὰς
 ἐποιέοντο τὴν ἀποχώρησιν, ἐκομίζοντο
 δὲ ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν· Κορίνθιοι πρῶ-

His versibus quum nihil illi uterentur in malis, quae tum aderant, tum impendebant, debebat fieri ut maxima calamitate afficerentur.

21. Dum haec isti agebant, advenit ex Trachine speculator. nam erat apud Artemisium speculator Polyas, genere Anticyrensis, cui datum erat negotium, et habebat expeditum et remis instructum navigium, si copiae navales confluis-
issent, ut renunciaret iis qui apud Thermopylas erant. Similiter Abronychus Lyficlis filius Atheniensis apud Leonidem erat paratus eum triginta remorum navigio ad nunciandum iis qui ad Artemisium agebant, si quid novi pedestribus copiis contigisset. Hic igitur Abronychus adveniens, indicavit ea quae circa Leonidem et ejus exercitum gesta erant. Qua isti re audita non jam sibi differendum abitum putaverunt: sed ut quique locati erant, abscefferunt; primi Corin-

thii, postremi Athenienses.

22. Quorum Atheniensium velocissimis navibus delectis, Themistocles ad aquas potabiles se conferens, in lapidibus litteras incidebat; quas postero die Iones ad Artemisium venientes legerunt, in haec verba: ‘ Viri Iones, haud juste
 ‘ facitis, militantes adversus patres, et
 ‘ Gracciam redigentes in servitutem. Sed
 ‘ maxime quidem state a nobis: sin hoc
 ‘ facere non potestis, at vos saltem et
 ‘ nunc e medio nobis eritis et ipsi et Car-
 ‘ res ut eadem vobis faciant obsecrate.
 ‘ Quod si horum neutrum fieri potest,
 ‘ et majori necessitate estis obstricti quam
 ‘ ut possitis desciscere, utique vos in re
 ‘ gerenda, dum pugnam conferemus, ter-
 ‘ giversamini, memores a nobis vos esse
 ‘ oriundos, et inimicitiarum nobis cum
 ‘ barbaro principium a vobis extitisse.’

τοι, ὕστατοι δὲ Αθηναῖοι.

κβ'. Αθηναίων δὲ νέας τὰς ἄριστα πλω-
 ῦσας ἐπιλεξάμενος Θεμισοκλῆς, ἐπορεύετο
 περὶ τὰ πότιμα ὕδατα, ἐντάμνων ἐν τοῖ-
 σι λίθοις γράμματα, τὰ Ἴωνες ἐπελθόντες
 τῇ ὑσεραίῃ ἡμέρῃ ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐπ-
 ελέξαντο. τὰ δὲ γράμματα τάδε ἔλεγε,
 ' Ἄνδρες Ἴωνες, ὃ ποίετε δίκαια ἐπὶ τῆς
 ' παίερας στρατευόμενοι, καὶ τὴν Ἑλλάδα
 ' καθαδύλόμενοι. ἀλλὰ μάλιστα μὲν πρὸς
 ' ἡμέων γίνεσθε· εἰ δὲ ὑμῖν ἐστὶ τῷτο μὴ
 ' δυνατὸν ποιῆσαι, ὑμέες δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ
 ' τῆ μέσης ἡμῖν ἔσεσθε καὶ αὐτοὶ, καὶ τῶν
 ' Καρῶν δέεσθε τὰ αὐτὰ ὑμῖν ποίειν. εἰ
 ' δὲ μηδέτερον τῶντων οἶόντε γίνεσθαι,
 ' ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης^α μέζονος κατέζευ-
 ' χθε ἢ ὥστε ἀφίσασθαι, ὑμέες γε ἐν τῷ
 ' ἔργῳ, ἐπεὰν συμμίσγωμεν, ἐθελοκακέε-
 ' τε, μεμνημένοι ὅτι ἀπ' ἡμέων γεγόνατε,
 ' καὶ ὅτι ἀρχῆθεν ἢ ἔχθρη πρὸς τὸν βάρ-
 ' βαρον ἀπ' ὑμέων ἡμῖν γέγονε.' Θεμισοκ-

^α MS. ἀνάγκης.

κλέης δὲ ταῦτα ἔγραφε, δοκέειν ἐμοὶ, ἐπ' ἀμφοτέρω νοέων, ἵνα ἢ λαθόντα τὰ γράμματα βασιλῆα, Ἰωνας ποιήσῃ μείβαλῃ καὶ γενέσθαι πρὸς ἐωϋτῶν, ἢ, ἐπεῖτε ἀνενειχθῇ, καὶ διαβληθῇ πρὸς Ξέρξεα, ἀπίστους ποιήσῃ τὸς Ἰωνας, καὶ τῶν ναυμαχιῶν^β αὐτὸς ἀπόχη.

κγ'. Θεμιστοκλέης μὲν ταῦτα^γ ἐνέγραψε. τοῖσι δὲ βαρβάροις αὐτίκα μὲν ταῦτα πλοίῳ ἦλθε ἀνὴρ Ἰστιάεὺς^δ, ἀγγέλλων τὸν ὄρισμόν τὸν ἀπ' Ἀρτεμισίως τῶν Ἑλλήνων. οἱ δ' ὑπ' ἀπιστίας τὸν μὲν ἀγγέλλοντα εἶχον ἐν Φυλακῇ, νῆας δὲ ταχείας ἀπέστειλαν προκατοφόμενας. ἀπαγγειλάντων δὲ τετέων τὰ ἦν, ἔτω δὴ ἅμ' ἡλίῳ σκιδναμένῳ πᾶσα ἡ στρατιὴ ἐπέπλεε^ε ἀλῆς ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. ἐπιχόντες δὲ ἐν τέτῳ τῷ χώρῳ μέχρι μέσης ἡμέρης, τὸ ἀπὸ τέτῃς ἐπλῶον ἐς Ἰστιάην. ἀπικόμενοι δὲ, τὴν πόλιν ἔχον τῶν Ἰστιάων, καὶ τῆς Ἑλλοπίης μοίρης, γῆς δὲ

^β συμμαχιῶν. ^γ μὲν οὖν ταῦτα. ^δ Ἰστιάς. ^ε ἐπλῶν.

Haec Themistocles (ut arbitror) duplici consilio scripsit, ut si litterae regem laterent, Iones induceret ad deficiendum a rege ad se; sin ad eum deferrentur, darenturque crimini, infidos eidem redderet Iones, et a proeliis navalibus summo-
veret.

23. Postquam autem haec Themistocles inscripsit, extemplo vir Histiaeensis navigio advectus, barbaris nuncium attulit Graecos ab Artemisio profugisse. Illi homine, quod fidem non haberent, servari iusso, naves veloces ad rem explorandam miserunt. qua re per istas nunciata, prout erat, simulatque refulsit sol, omnis classis addensata ad Artemisium contendit: ubi ad meridiem usque immorata, mox ad Histiaeam processit. Eo appulsi, urbe Histiaeorum potiti sunt, et Hellopiae porti-

onis, regionis autem Histiaeotidis maritimos vicos omnes incurſaverunt.

24. Dum iſti hoc in loco agunt, Xerxes praeparatis quae volebat circa cadavera, praeconem ad claffarios mittit. Haec autem praeparaverat. Quicumque e ſuo exercitu apud Thermopylas caeſi (erant autem viginti millia) eorum mille ferme relictis, ceteros depreſſis foffis humavit: et ne a claffario exercitu cerni poſſent, foliisſque conſtravit, et humum aggeravit. Praeco ubi ad Hiſtiaeam tranſiit, facto totius exercitus coetu, haec dixit, ‘ Viri ſocii, rex Xerxes dat veniam
‘ cuicumque libet relictis ordinibus ire viſum, quemadmodum pugnet cum amantibus hominibus, qui ſe ſuperaturos ſperaverant copias regis.’

25. Haec denunciante praecone, mox

τῆς Ἰσριαώτιδος τὰς παραθαλασσίας κώ-
μας πάσας ἐπέδραμον.

κδ'. Ενθαῦτα δὲ τεττέων ἑόντων, Ξέρ-
ξης ἐτοιμασάμενος τὰ περὶ τῆς νεκρῆς,
ἔπεμπε ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν κήρυκα.
προετοιμάσατο δὲ τάδε· ὅσοι τῷ στρατῷ τῷ
ἐωϋτῷ ἔσαν νεκροὶ ἐν Θερμοπύλῃσι, (ἔσαν
δὲ καὶ δύο μυριάδες) ὑπολιπόμενος τεττέων
ὡς χιλίης, τῆς λοιπῆς, τάφρους ὀρυζάμε-
νος, ἔθαψε· φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν, καὶ
γῆν ἐπαμνησάμενος, ἵνα μὴ ὀφθείησαν ὑπὸ
τῷ ναυτικῷ στρατῷ. ὡς δὲ διέβη ἐς τὴν Ἰ-
σριαίην ὁ κήρυξ, σύλλογον ποιησάμενος
πανίος τῷ στρατοπέδῳ, ἔλεγε τάδε, ‘ Αν-
δρες ζύμμαχοι, βασιλεὺς Ξέρξης τῷ
βελομένῳ ὑμέων παραδίδωσι, ἐκλιπόν-
τα τὴν τάξιν, καὶ ἐλθόντα, θεήσασθαι
ὅπως μάχεται πρὸς τῆς ἀνοήτης τῶν
ἀνθρώπων, οἳ ἤλπισαν τὴν βασιλῆος δύ-
ναμιν ὑπερβαλέεσθαι.’

κέ', Ταῦτα ἐπαγγειλαμένους, μετὰ

ταῦτα ἔδὲν ἐγίνετο πλοίων σπανιώτερον·
 ἔτῳ πολλοὶ ἤθελον θεήσεσθαι. διαπεραιω-
 θέντες δὲ ἐθηῦντο διεξιόντες τὰς νεκρὰς. πάν-
 τες δὲ ἠπιστάτο τὰς κειμένους εἶναι πάντας
 Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπίας, ὀρέοντες καὶ
 τὰς εἰλωτας. ὁ μὲν ἔδ' ἐλάνθανε τὰς δια-
 βεηκότας Ξέρξης ταῦτα πράξας περὶ
 τὰς νεκρὰς τὰς ἐωυτῷ. καὶ γὰρ δὴ καὶ γε-
 λοῖον ἦν· τῶν μὲν χίλιοι ἐφαίνοντο νεκροὶ
 κείμενοι, οἱ δὲ πάντες ἐκέατο ἀλέες συγ-
 κεκομισμένοι ἐς τῷτο χωρίον, τέσσαρες
 χιλιάδες. ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην πρὸς
 θεὸν ἐτράποντο· τῇ δ' ὑφεραίῃ οἱ μὲν ἀπέ-
 πλων ἐς Ἰσθμὸν ἐπὶ τὰς νῆας, οἱ δὲ ἀμ-
 φι Ξέρξην, ἐς ὁδὸν ὠρμέατο.

κς'. Ἦκον δὲ σφι αὐτόμολοι ἄνδρες
 ἀπ' Ἀρκαδίας ὀλίγοι τινες, βίβ τε δεόμε-
 νοι, καὶ ἐνεργοὶ βεβλόμενοι εἶναι. ἀγαγόν-
 τες δὲ τέττας ἐς ὅφιν τὴν βασιλῆος, ἐπυν-
 θάνοντο οἱ Πέρσαι περὶ τῶν Ἑλλήνων τὰ
 ποιόειεν· εἰς δὲ τις πρὸ πάντων ἦν ὁ ἔρω-

nihil infrequentius fuit navigiis: ita multū
visere cupiebant. Illuc tranſveſti et tranſ-
euntē cernebant cadavera. Cuncti vero
ſciebant omnes Lacedaemonios eſſe ac
Theſpienſes qui jacebant, quum etiam
hilotas cernerent. Itaque eos qui tranſ-
miſere non latuit Xerxes, qui circa ſuo-
rum cadavera id feciſſet. Etenim erat
res proſecto etiam ridicula, ut illorum
quidem mille jacentes occiſi extarent, iſti
vero omnes conferti eundem in locum
quater milleni comportati eſſent. Atque
hunc quidem diem in ſpectaculo con-
ſumpſerunt: poſtero autem claffarii Hiſ-
tiacam ad claffem remeaverunt. Xerxes
et qui cum eo erant, iter ingreſſi ſunt.

26. Verum ad hos pauci quidam ab
Arcadia perſugae venerunt, victus ino-
pes, et operam ſuam praeflare cupientes:
qui in conſpectum regis adducti, interro-
gatique cum ab aliis Perſis, tum vero
praecipue a quodam, de Graecis, quae

agerent, responderunt eos agere Olympia, et spectare certamen gymnicum atque equestre. Rursus eodem percontante quodnam illis praemium esset propositum propter quod certarent, oleaginam coronam inquiunt esse qua donarentur. Ibi Tigranes Artabani filius generosissimam quum dixisset sententiam, a rege pro timido est habitus. Audiens enim praemium coronam esse, non pecunias, silentium tenere non potuit quin coram omnibus diceret, ‘ Papae Mardoni, in quos
 ‘ viros induxisti nos ad pugnandum? qui
 ‘ non pecuniarum certamen agitant, sed
 ‘ virtutis?’ Haec ab illo dicebantur.

27. Eo interim tempore post acceptam apud Thermopylas calamitatem confestim Thessali caduceatorem ad Phocenses mittunt, utpote iis infensi, cum semper antea, tum praecipue post novissimam cladem. Quippe non multis ante hanc

τῶν αὐτῶς ταῦτα. οἱ δὲ σφι ἔλεγον, ὡς
 Ολύμπια διάγοιεν^α, καὶ θεωροῖεν ἀγῶνα
 γυμνικὸν καὶ ἵππικόν. ὁ δὲ ἐπείρειο ὅ,τι τὸ
 ἄθλον εἴη σφι κείμενον^β, περὶ ὅτευ ἀγω-
 νίζονται. οἱ δ' εἶπον, τῆς ἐλαίης τὸν διδό-
 μενον σέφανον. ἐνθαῦτα εἶπας γνώμην
 γενναιοτάτην Τιγράνης ὁ Αρταβάνης, δει-
 λήν ὥφλεε πρὸς βασιλῆος. πυνθανόμε-
 νος^γ γὰρ τὸ ἄθλον ἐὼν σέφανον, ἀλλ' ἔ-
 χρήματα, ἔτε ἡνέχελο σιγῶν, εἶπέ τε ἐς
 πάντας^δ τάδε, ' Παπαὶ Μαρδόνιε, κοίης
 ' ἐπ' ἄνδρας ἡγαγες μαχησομένους ἡμέας,
 ' οἱ ἔπερὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦν-
 ' ται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς; τῷ μὲν δὴ
 ταῦτα εἶρηλο.

κζ'. Εὐ δὲ τῷ διὰ μέσῃ χρόνῳ ἐπεί-
 τε τὸ ἐν Θερμοπύλῃσι τρώμα ἐγεγόνεε,
 αὐτίκα Θεσσαλοὶ πέμπουσιν κήρυκα ἐς
 Φωκέας, ἅτε σφι ἔχοντες αἰεὶ χόλον,
 ἀπὸ δὲ τῆς ὑστάτης τρώματος καὶ τὸ κάρηα.
 ἐσβαλόντες γὰρ πανστρατὶ αὐτοὶ τε οἱ

^α MS. Ολύμπια ἀγῶσι. ^β προκείμενον. ^γ πυνθόμενος. ^δ ἔπει-
 τε πρὸς πάντας.

Θεσσαλοὶ καὶ οἱ σύμμαχοι αὐτέων ἐς τὴν
 Φωκέας, ὃ πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον ταύ-
 της τῆς βασιλῆος στρατηλασίης, ἐσώθη-
 σαν ὑπὸ τῶν Φωκέων, καὶ περιέφθησαν
 τρηχέως. καὶ ἐπεὶ τε γὰρ κατελήθησαν
 ἐς τὸν Παρηγασόν, οἱ Φωκέες ἔχοντες
 μάντιν Τελλίην τὸν Ηλεῖον, ἐνθαῦτα ὁ
 Τελλίης ἔτος σοφίζεσθαι αὐτοῖσι τοιόνδε·
 γυνώσας ἄνδρας ἑξακοσίους τῶν Φωκέων
 τὴν ἀρίστην, αὐτὴν τε τέτην, καὶ τὰ ὅπλα
 αὐτέων, νυκτὸς ἐπεθήκατο τοῖσι Θεσσα-
 λοῖσι· προείπας αὐτοῖσι, τὸν ἂν μὴ λευ-
 κανθίζοντα ἴδωνται, τέτην κτείνειν. τέ-
 την ὣν αἱ τε Φυλακαὶ τῶν Θεσσαλῶν
 πρῶται ἴδῃσαι, ἐφοβήθησαν, δόξασαι ἄλ-
 λό τι εἶναι τέρας· καὶ μετὰ τὰς Φυλα-
 κας αὐτὴ ἡ στρατιή, ἔτω ὥστε τετρακισ-
 χιλίων κρατῆσαι νεκρῶν καὶ ἀσπίδων Φω-
 κέας, τῶν τὰς μὲν ἡμισέας ἐς Ἀβας ἀνέ-
 θεσαν, τὰς δὲ λοιπὰς, ἐς Δελφάς· ἡ δὲ
 δεκάτη ἐγένετο τῶν χρημάτων ἐκ ταύτης

regis expeditionem annis, quum ipsi Thessali omni cum copia et eorum socii aggressi essent Phocenses, a Phocensibus fugati sunt asperaque vexati. Etenim quum ad Parnassum conclusi essent, Phocenses habentes Telliam faticinum Eleum, ibi Tellias hic hujusmodi rem eis commentus est. Sexcentos viros e Phocensibus praestantissimos gypso tam ipsos quam arma illinit, eosque sub noctem in Thessalos immisit, dato praecepto ut quemcunque non albicantem cernerent, eum obtruncarent. Hos primi Thessalorum excubitores, aliud quoddam prodigium esse arbitrati, et post has excubias, ipse exercitus adeo exhorruerunt, ut quatuor millibus caesorum atque scutorum Phocenses potiti sint; quorum scutorum dimidium apud Abas, reliqua apud Delphos dedicaverunt: et ex decimis pecu-

niarum hujus pugnae factae sunt statuæ grandes, quae circa tripodem e regione delubri Delphis visuntur: et alterae ejusmodi in Abis repositae.

28. Haec Phocenses in peditatum Thessalorum, a quibus obsidebantur, egerunt: equitatum quoque eorundem, qui in suum agrum incursaverat, insanabili clade affligerunt. ad ingressum enim qui est juxta Hyampolin, depressa istic ingenti fossa, amphoras inanes in ea deposuerunt, humumque desuper injecerunt, eamque reliquo solo exaequaverunt: atque ibi Thessalos exceperunt incurrentes. Thessali impetu sumpto, tanquam eos rapturi, in amphoras inciderunt, ibique equorum crura corrupta sunt.

29. Ob haec ambo Phocensibus infensi Thessali, misso caduceatore ita dixerunt, ‘ O Phocenses, nunc aliquid amplius resipiscentes agnoscite non esse vos no-

τῆς μάχης, οἱ μεγάλοι ἀνδριάντες οἱ περὶ
τὸν τρίποδα συνεσεῶτες, ἔμπροσθεν τῶ
νῆς τῶ ἐν Δελφοῖσι, καὶ ἕτεροι τοῖςτοι ἐν
Λῆγσι ἀνακέαιαι.

κή. Ταῦτα μὲν νυν τὸν πεζὸν εἰργά-
σαντο τῶν Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορ-
κέοντας ἐαυτοὺς· ἐσβαλῶσαν δὲ ἐς τὴν χώ-
ρην τὴν ἵππον αὐτέων, ἐλυμήναντο ἀνη-
κέως. ἐν γὰρ τῇ ἐσβολῇ ἢ ἐσι κατὰ
Ἰάμπολιν, ἐν ταύτῃ τάφρον μεγάλην
ὀρύξαντες, ἀμφορέας κενεὰς ἐς ταύτην κα-
τέθηκαν. χθὺν δὲ ἐπιφορήσαντες, καὶ ὁ-
μοιώσαντες τῷ ἄλλῳ χώρῳ, ἐδέκοντο
τὰς Θεσσαλὰς ἐσβάλλοντας. οἱ δὲ, ὡς
ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας φερόμενοι,
ἐσέπεσον ἐς τὰς ἀμφορέας· ἐνθαῦτα οἱ
ἵπποι τὰ σκέλεα διεφθάρησαν.

κθ'. Τεττέων δὴ σφι ἀμφοτέρων ἔχον-
τες ἔγκολον οἱ Θεσσαλοὶ, πέμψαντες κή-
ρυκα, ἠγόρευον τάδε, ' Ω Φωκέες, ἤδη
' τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὁ-

‘ μῶιοι ἡμῖν. πρόαθεν τε γὰρ ἐν τοῖσι
 ‘ Ἕλλησι ὅσον χρόνον ἐκεῖνα ἡμῖν ἦν-
 ‘ δανε, πλεον αἰεὶ κοτε ὑμέων ἐφερόμε-
 ‘ θα· νῦν τε παρὰ τῷ βαρβάρῳ τοσῶτον
 ‘ δυνάμεθα, ὥστε ἐπ’ ἡμῖν ἐστὶ τῆς γῆς
 ‘ ἐσερῆσθαι καὶ προσηνδραποδίσθαι ὑμέ-
 ‘ ας. ἡμεῖς μέντοι τὸ πᾶν ἔχοντες, ὃ
 ‘ μνησικαέομεν, ἀλλ’ ἡμῖν γενέσθω ἀντ’
 ‘ αὐτέων πεντήκοντα τάλαντα ἀργυρίῃ·
 ‘ καὶ ὑμῖν ὑποδεκόμεθα τὰ ἐπιόντα ἐπὶ
 ‘ τὴν χώραν ἀποτρέψειν.’

λ’. Ταῦτά σφι ἐπαγγέλλοντο οἱ Θεσ-
 σαλοί. οἱ γὰρ Φωκέες μῶνοι τῶν ταύτῃ
 ἀνθρώπων οὐκ ἐμήδιζον, κατ’ ἄλλο μὲν
 ἔδεν, ὥς ἐγὼ συμβαλλεόμενος εὕρισκω,
 κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τῶν Θεσσαλῶν· εἰ δὲ
 Θεσσαλοὶ τὰ Ἑλλήνων ἠϋζον, ὥς ἐμοὶ
 δοκέειν, ἐμήδιζον ἂν οἱ Φωκέες. ταῦτα
 ἐπαγγελλομένων Θεσσαλῶν, ὅτε δώσειν
 ἔφασαν χρήματα, παρέχειν τε σφι Θεσ-
 σαλοῖσι ὁμοίως μνηδίζειν, εἰ ἄλλως βε-

' bis pares; qui et antehac inter Graecos,
 ' quandiu partes illorum nobis placue-
 ' runt, semper vobis antecelluimus, et
 ' nunc apud barbarum adeo pollemus,
 ' ut penes nos sit et agro vos exui, et
 ' praeterea in servitutem redigi. Quam
 ' facultatem etsi obtinemus, tamen inju-
 ' riarum non sumus memores, nisi ut eo
 ' nomine quinquaginta talenta rependa-
 ' tis: et nos vobis recipimus, damna om-
 ' nia nos ab agro vestro averfuros.'

30. Haec Theffali Phocensibus de-
 nunciabant, quod soli Phocenses inter
 ejus loci homines cum Medis non sen-
 tiebant; idque nulla alia caussa, ut ego
 conjectura comperio, quàm Theffalorum
 odio; partes Medorum (ut mihi videtur)
 fequuturi, fi Theffali partes Graecorum
 foviffent. Haec deferentibus Theffalis,
 negarunt fe Phocenses pecuniam datu-
 ros; et ſibi itidem, ut Theffalis, faculta-
 tem eſſe ſentiendi cum Medis, ſi aliter

sentire vellent: sed nequaquam fore ut sponte essent proditores Graeciae.

3 1. His verbis renunciatis ita Thessali irritati in Phocenses barbaro duces itineris extiterunt, et ex Trachinia Doridem regionem incurnaverunt. nam ejus regionis limes angustus illuc triginta non amplius stadia in latum pertinet, inter Meliadem ac Phocensem regionem situs, quae olim Dryopis erat. Haec autem regio, Dorienſium qui sunt in Peloponneso, metropolis est. Hanc igitur Doridem regionem ingressi barbari nihil laeserunt; cum Medis enim, etsi Thessalis non videbatur, sentiebant.

3 2. Posteaquam autem e Doride in Phocidem ingressi sunt barbari, ipsos quidem Phocenses non sunt adepti: eorum enim nonnulli cacumina Parnassi conscenderant; et est vertex Parnassi juxta

λοιάτο· ἀλλ' ἔκ' ἔσεσθαι ἐκόντες εἶναι
προδύται τῆς Ἑλλάδος.

λα'. Επειδὴ δὲ ἀνηνείχθησαν ἔστοι οἱ
λόγοι, ἔτω δὴ οἱ Θεσσαλοὶ κεχολωμένοι
τοῖσι Φωκεῦσι, ἐγένοντο ἡγεμόνες τῷ βαρ-
βάρῳ τῆς οὐδ'. ἐκ μὲν δὴ τῆς Τρηχινίης
ἔς τὴν Δωρίδα ἐσέβαλον. τῆς γὰρ Δωρί-
δος χώρας ποδεῶν σεινὸς ταύτη κατα-
τείνει, ὡς τριήκοντα σταδίων μάλιστά κη
εὖρος, κείμενος μεταξύ τῆς τε Μηλιάδος
καὶ τῆς Φωκίδος χώρας, ἥπερ ἦν τοπα-
λαιὸν Δρυοπίς. ἡ δὲ χώρα αὕτη ἔστι μη-
τρόπολις Δωριέων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ.
ταύτην ὦν τὴν Δωρίδα γῆν ἔκ' ἐσίναντο
ἐσβάλλοντες οἱ βάρβαροι· ἐμῆδιζόν τε γὰρ,
καὶ ἔκ' ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι.

λβ'. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Δωρίδος ἔς τὴν Φω-
κίδα ἐσέβαλον, αὐτὰς μὲν τῆς Φωκέας
ἔκ' αἰρέεσι. οἱ μὲν γὰρ τῶν Φωκέων ἐς
τὰ ἄκρα τῆς Παρνησῆς ἀνέβησαν. ἔστι δὲ
καὶ ἐπιτηδὴν δέξασθαι ὄμιλον τῆς Παρ-

† ἄκρα τὰ Παρνησῆς.

νησὺ ἡ κορυφή, κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένη, ἐπ' ἐωϋτῆς^α. Τιθορέα ἔνομα αὐτῇ. ἔς τὴν δὴ ἀνηνείκαντο, καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν· οἱ δὲ πλεῦνες αὐτέων ἔς τῆς Οἰόλας Λοκρὸς ἐξεκομίσαντο, ἔς Αμφιασαν πόλιν τὴν ὑπὲρ τῆς Κριασαίης πεδίῳ οἰκεομένην. οἱ δὲ βάρβαροι τὴν χώραν πᾶσαν ἐπέδραμον τὴν Φωκίδα· Θεσσαλοὶ γὰρ ἔτῳ ἡγόν τὸν στρατόν. ὁκόσα δὲ ἐπέεχον, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον, καὶ ἔς τὰς πόλεις ἐνιέντες πῦρ καὶ ἔς τὰ ἱρά.

λγ'. Πορευόμενοι γὰρ ταύτῃ παρὰ τὸν Κηφισὸν ποταμὸν, ἐδήξαν πάντα καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδραν^β, καὶ Ερωχον, καὶ Τεθρώνιον, καὶ Αμφίκαιαν, καὶ Νέωνα, καὶ Πεδιάδας, καὶ Τριτέας, καὶ Ελάτειαν, καὶ Ὑάμπολιν, καὶ Παραποταμίς, καὶ Αἶας· ἐνθα ἦν ἱρὸν Απόλλωνος πλῆσιον, θησαυροῖσι τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον. ἦν δέ τι καὶ τότε καὶ νῦν ἐστὶ χρηστήριον

^α ὑπ' ἐωϋτῆς. ^β Χαράδραν.

urbem Neonem situs, nomine Tithorea, in se aptus turbae capiendae, in quam aut vestī erant, aut ipsi ascenderant: sed plures ad Locros Ozolas exierant in urbem Amphissam, quae supra Crisaeum sita est campum. At barbari omnem agrum Phocensem incurfaverunt: sic enim ducebant exercitum Thessali; et omnia quae nacti sunt, igni ferroque vastarunt, in urbes etiam et sacras aedes igne injecto.

33. Nam peragrantes Phocidem juxta Cephissum amnem, cuncta populati sunt, et hinc urbem Drymon incendunt, illinc Charadram et Erochum et Tethronium et Amphicaeam et Neonem et Pedieas et Triteas et Elateam et Hyampolin et Parapotamios, fluminis accolas, et Abas: ubi delubrum Apollinis erat locuples et thesauris donariisque compluribus exornatum; ubi etiam tunc erat, sicut nunc quoque est oraculum. Hoc

delubrum posteaquam diripuere, incenderunt. Phocensium etiam quosdam ad montana insequuti ceperunt, et mulieres aliquot, prae multitudine stuprantium extinxerunt.

34. Praetergressi quoque Parapotamios, pervenere ad Panopeas. Inde copiae delectu habito divisae fuerunt: quarum plurima pars ac validissima cum ipso Xerxe Athenas versus tendens in Boeotos, in agrum Orchomeniorum ingressa est. Boeoti autem cum Medis universi sentiebant: quorum urbes viri Macedones in eis collocati, qui ab Alexandro missi fuerant, servaverunt, volentes planum facere Xerxi Boeotos sentire cum Medis. Et hi quidem barbari hac iter intenderunt.

35. Ceteri vero commissi ducibus Parnassum a dextra praestringentes, ad templum quod est Delphis processerunt;

αὐτόθι. καὶ τῷτο τὸ ἱρὸν συλήσαντες ἐνέ-
πρησαν, καὶ τινὰς διώκοντες εἶλον τῶν
Φωκέων πρὸς τοῖσι ἔρεσι· καὶ γυναῖκάς
τινας διέφθειραν μισγόμενοι, ὑπὸ πλή-
θος.

λδ'. Παραποταμίης δὲ παραμειβόμε-
νοι οἱ βάρβαροι, ἀπίκοντο ἐς Πανοπέας·
ἐνθεῦτεν δὲ ἤδη διακρινομένη ἡ στρατιὴ αὐ-
τέων ἐχίζετο. τὸ μὲν πλεῖστον καὶ δυνατώ-
τατον τῷ στρατῷ, ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ πο-
ρευόμενον ἐπ' Αθήνας, ἐσέβαλε ἐς Βοιωτὰς,
ἐς τὴν τῶν Ορχομενίων. Βοιωτῶν δὲ πᾶν
τὸ πλῆθος ἐμήδιζε. τὰς δὲ πόλεις αὐτέων
ἄνδρες Μακεδόνες διατεταγμένοι ἔσωζον,
ὑπὸ Ἀλεξάνδρῳ ἀποπεμφθέντες· ἔσωζον
δὲ τῇδε, βυλόμενοι δῆλον ποιέειν Ξέρξῃ
ὅτι τὰ Μήδων Βοιωτοὶ φρονέοιεν. ἔτοι μὲν
δὴ τῶν βαρβάρων ταύτῃ ἐτράποντο.

λέ'. Ἄλλοι δὲ αὐτέων ἡγεμόνας ἔχον-
τες, ὁρμέατο ἐπὶ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι,
ἐν δεξιῇ τὸν Παρνησσὸν ἀπέργοντες. ὅσα

δὲ καὶ ἔτιοι ἐπέχον τῆς Φωκίδος, πάντα
 εἰσιναμώρεον. καὶ γὰρ τῶν Πανοπέων τὴν
 πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων, καὶ Αἰολι-
 δέων^c. ἐπορεύοντο δὲ ταύτῃ^d ἀποχιοθέν-
 τες τῆς ἄλλης στρατιῆς, τῶνδε εἵνεκα, ὅ-
